


*Victor Stober,
Docteur en Médecine.*

Ms 6

1





Facta et observata in theatro
Anatomico Argentiniensi.

Anno 1675.

D. & C. Mens. April.

N. 1.

Ancilla quadam tandem ob suppressos menses
& abdominis tumorem aliquandiu pro gravida habi-
ta in stupendam molem elevato ventre, eminentibus
et nigro colore ad diostri minimi crassitiam con-
spicuis per illum venis, in Hospietium recepta.
Stagnantibus in ea per 14 dies ante obitum aquis,
usque prater modum laetis, cum mane exspirasset,
ad meridie apertum est eius cadaver. Ex-
siccatis aquis, prater propter se to pondere seu 17
Mensuratum, lustratisq; visceribus, reperiebatur
in Sinistra Hypoastica Regione maona vis abscessu,
um cysticorum varia (magnitudinis) quorundam sicuti
quasi, peculiarem, aut si majori peculiariter constructa,
accidentibus pluribus ab aliis diversum humorem
continebant, quos etiam omnes una communis in-
volvebat membrana, ita unam molem constituens.
Sterus et quae ad uterum pertinent, naturales sa-
ad dispositiones videbantur retinuisse. Aliis multa
in hoc statu praeternaturalia observabantur; Hydatis,
des varia maonitudinis tantum non in omnibus visce-
ribus. Peritonaei inusitata crassities: Consumptum u-
mentum, Repleta prater modum flatibus intestina,
Pancreatis fere cartilaginosa substantia; alia.

Anno eodem
Mens. Decembr.

N. 11.

Muliere quadam Hepetia, anomia cum febre,
acutissima laborante in Hospietium ex raoo quodam de,

portata, sequenti die mortua, locus affectus demon-
stratus fuit, sine luctatis partibus internis & exter-
nis, ossa ad construendum Sceleton mundata.

Anno 1642.

R. III.

d. iv. Mens. Mart.

Fœtus monstruosus biceps in parte pedifficili e-
mortuus, cultro anatomico suis subiectus: primo
nisi quatuor etiam deformis fuit brachijs, quorum
duo inter uterum caput protendebantur, pectus item
peramplo, quibus in abdomen quasi acumina-
batur. Serum ambiguum veddebat, adiectum post se,
nempe frotto foramen duotid plerum, eorum et per
dua structurâ existentes simplici & naturali. Fu-
ctâ apertura, aderant duo corda in uno pericardio,
duo duplices pulmones, duplex aspera arteria.
Vasa umbilicalia simplicia, duplex autem ventricu-
lus et duplicata usq. ad principium crassorum
intestina, unicum fœcum, unicus lien, unus uter-
us, unica vesica, duplex spina, cum duplici serie cost-
arum, quarum tamen quæ interior, si perfecta fuis-
sent, duplicem cavitatem formassent, versus posteri-
ora depressa erant, & unica formaretur cavi-
tas: circa os sacrum binocularis Natura lusus ob-
servabatur.

Ossicula deinceps mundata & brevior inde asser-
vatur.

Asservantur ex eodem Ossicula Auditus. N.

Item rudimenta dentium. N.

Anno eodem. d. vi febr.

X. iv.

Juvenis Sabaudus herniosus, qui post paucos dies ab operatione obiturosa cui se subiecerat, vitam cum morte commutavit, Cuncto anatomico examinatus fuit; Notatum operationem male ceptisse, vesica lasa & nulla reperia ligatura.

Anno eodem. mens. eod.

X. v.

Molossi viscera examinata, eiusq ossa ut reposita viderentur, mundata.

Anno 1673.

X. vi.

d. i mens. Mart.

Bavuli cuiusdam pleuritide extincti cadaver, sectum fuit: Aperto thorace, in dextro latere evidentissime conspiciebatur locus, ubi facta suppuratione, abscessus ruptus erat, adiacente adhuc pleura quae accesserat loco vicino, conspicuo etiam loco ubi accessus fuerat, pleura denudata, & fluctuante in cavitate pure, cum multis aquis totam ^{dexteram} thoracis partem replentibus, eiusq hydropem constituentibus. Fodi ea parte erant pulmones ob coelutinatum q. pus crassum. Elephanticus quoq pes alter inessus fuit, ut tumoris & molis substantia percens creteret. In collo anteriore struma exempta, quam tumefacta glandulosa substantia gsti. habebat.

X. vii.

Anno 1673. d. 3. Mensis Aug.

Militis praesidiarii ex Telopeti chartam coactam
loco globuli explodentis ictu, facta ractura si-
nistri oculi, ad mortem usq, qua sequenti die se-
cuta est, deliro e inquieti caput suis apertum.
Et quod constituit oculi orbita partem superiorem,
aliquot egerat fissuras: Pars dura matris ei ossi-
gula inflammationis indicia p se ferebat; in ven-
tricalis autem cerebri copiosa stagnabat aqua.

X. viii.

Anno 1674. d. 5. Mens. Ianuar.

Infans mas, iussu Magistratus, quia non leues conie-
ctura suberant de illata vi, examinatus cultro fuit;
hac autem occasione Dominis studiosis Vasa umbi-
licalia & thymus, ut differant ab his partibus in adul-
tis fuere demonstrato.

X. ix.

Anno 1675. d. 9. Februari.

Infans mas recens natus in diversorio cuius-
insione est flos, abiectus, subiectus cultello
fuit: In eo vasa umbilicalia tam in corpore
tam in adhaerente adhuc chorda, ut vocant, se-
parata ac demonstrata: variarumq partium diffi-
men ab adhaerentibus, Dominis Studiosis
Medicinae suis propositum.

Anno 1675. d. 10. Februari.

X. x.

Stuncatum capite corpus Feminae vicesimum
tertium aetatis annum agentis, qua ex stupro con-

5

ceptum vitalem in lucem editum foetum, nefario
Solere enecueras, ab inchyto huius Republ.
Magistratu impetratum, solenni fuit Anato.
alia destinatum. Promissa igitur breviter oratio,
ologiam, omnes et singula partes, hinc pome,
striae preparata, subsequentibus matutini
ris spectatorum auditorumque coetui fuerant
Demonstrata, à Facultatis Medica Domino
Seniore, eiusdem Decano spectabili Pro
D. JOHANNI ASBERO SEBISO; non ne,
gratis etiam, quantum per temporis rationem
licebat, quae ad usum partium, tum ad meliorem
intellectum affectum praeter Naturam, pertinere
videbantur.

Negotio ad finem perducto, idem Senior ac De-
canus Facultatis Medicae, Summo hinc Reipub.
Magistratu diligentius egit gratias, non tantum
pro benevolenti concessione subiecti, sed et magi-
mas, quod ex illius decreto locus tam aptus et
Anatomica sit destinatus, cum antea in an-
gulis haerendum fuisset Anatomica tractantibus.
Supremis item in hac Republ. Dominis et
vilibus, Viris generosissimis et inye strenuis,
amplissimis ac prudentissimis, quorum curam
effectum ut tam angusta theatrum anatomica
novum formam, omnis placeat. Supremis
item, Wsodochi vicini Dominis Praefectis,
Viris itidem generosissimis et inye strenuis,

Amplissimis ac prudentissimis, quorum indulgentia
et liberalitas sacculus plurimum nobis profuit,
jam prodesse deinceps potest: Magnas denique
omnibus ac singulis, qui v^o operâ v^o consilio,
absolutionem Operis solenni hac administratione
nunc consecrati, promoverant.

Singularia in subiecto hoc observata
fuere sequentia.

1. Carebas Musculis pyramidalibus, rectis abdomi-
nis versus partem splenicis, officium eorum
supplentibus.
2. Magna observata copia Lumbricorum in
Intestino Ile.
3. Calculi numero decem, cubicâ figurâ, v^o ad
hanc accedente, ex bile coagulata, intus
adue friabiles, ex vesicula felleis exempti.
4. Matris sanguis quam in non-pregnanti-
bus solet esse, substantiâ, livore exterioris
et cruore interioris superficiei quibus
indicia vacuationis mensurae.
5. Undecim tantum thorac constabat vertebis,
propterea non plures etiam th^oing^o numera-
bantur costae.
6. Inter cruorem in collo verum lac conspiciebatur,
ex vase exstillasse: quod varias moris coniectiones.
Habebat a. adue lac in mammis. v. Coll. N.C. 1. 95. p. 77.

Anno 1675 D. 18. Mens. Maij.

X. XI.

Cum Supremis regi venatoria Praefectis, Venator
~~Waldenhermensis~~ ordinarius, Costa molis Vidum
 in quem, praeter omnem expectationem, levi
 vi salum tormento manuario instructus, recogni-
 tionis gratia in Sylva obambulans, ante hidu-
 um incidisset, quemq; uno ictu feliciter neci de-
 derat, adferret, ceteris amuentibus, Amplis-
 simus atq; prudentissimus Vir, Dominus
ANDREAS BARKENHOFFER, pro suo er-
 ga Universitatem benevolae affectu, destinavit
 eum Theatro anatomico, & ut consecutum inde
 Sceleton theatrum exornaret.

Sequenti igitur die oblata nobis bestia.

Pondus molis, ut eam accepimus, erat 275.

librarum. Erant autem à venatore, re-
 spicendo et foetor invalescerent iam ante hidu-
 um Venterculus, Omentum, intestina, mesen-
 terium, hepar, lien, organa generationi dica-
 ta, et cum his major pars massa sanguinea,
 aperto abdomine et diaphragmate, remota;
 ita ut difficile non sit concipere, pondus uniu-
 versa molis 300 libras superasse. Dum
 detrahebat pellem Venator, notavimus globu-
 lum plumbeum geminum, in superiore tho-
 racis parte dextra ^{eminentior} penetrasse transversim per

Horacem, ab e regione ad pellem h[ab]uisse. Hinc
facile fuit conicere, pulmones fuisse transossos,
causam, quare ab uno ictu conciderit ani-
mal, quod aliis plures facile sustinet, fuisse
profusionem sanguinis copiosam in thoracis
cavitatem, ex pulmonibus: quam coniecturam
inspectio deinde pulmonum plane affirmavit.
Post meridiem carnes, propter summum quem
iam contraxerant foetorem, ceteri mane ab
ossibus separavimus, viscera vero adhuc re-
liqua, Renes, Cor, Pulmones, in aqua sti-
gida mundata, dum statim excoquebantur,
ossa, examinavimus. Cor, sicut ac in
aliis maioribus animalibus v. g. bobus, non
erat oblongum, sed ad sphaericam accedebat
figuram, depressum tamen nonnisi. Ventri-
culi autem illius, Valvula et sibia se habe-
bant ut in ceteris. Pulmonum duo superi-
ores lobi erant transossi: inflammationis
propterea vestigia manifestissima aderant,
et corruptionis indicia. Renes in
admirationem nos rapuerant, quorum sin-
gularis plane notata figura et structura.
Figura referebat inaequales globos: Non,

7
Oranis remotis, qua omni pinguedine
destituebantur, in conspectum venerunt.
plures portiones parenchymatica venales, su-
cundo spectaculo omnes aequales, formam cubi-
ca, singula peculiaribus membranis distin-
guata, versus membranam tamen cuius-
dam, in acumen desinentes, qua iuncta sub-
stantiam venam absolvebant. In gula
obiter id notavimus, exterius eam non tan-
tum carnosis fibris praeditam, sed quasi
carneam crustam obductam. Nullam ^{ferè} pingue-
dine erat praeditum hoc animal: forsitan
quia vere, ob progressam hyemem, qua in
vultu maximam partem Ursi in suis lati-
tudibus, illa erat consumpta; cum versus au-
tumnam ob alimentum copiam, pinguescant;
forsitan etiam quod in incrementum corporis
adhuc consumebatur alimentum: Nam
quamvis vasta motus erat animal, an-
nosum tamen fuisse verisimile non est: quia
cartilagineae adhuc erant molles, Epiphyses
ossium tenerae, suturae cranij evidenter
inspicuae.

X. xii.

Anno 1677.
Die 9. Mens. Decembris.
Jacobus Petrus Uxor, mortuæ filiolæ unius annj,
ex atropalia universali, desiderans, cum iam filij
que liberos simili plane ratione amississet, ubi
victum haberet, scire, permittit, ut viscerum
examen institueretur. Notatur a. hepate p. d.
durum, et præter specturineam in infanti aetate
to obscuro colore portum. Pulmones in dextro
latere infera locati. Matis coniectura erat,
quæ quæ etiam Maticula et Mediastri ipsam
confirmaverant, ab hinc Matis angustissimæ
et Matis, sed coactibus præternaturalibus nul-
lum vestigium deprehenditur.

X. xiii.

Anno 1678.

Die 31. Ianuar. cum quidam Rons
Rons secundum sententiam iudicij Ma-
gistratus sequenti die ultimo supplicio
esset afficiendus, spectabilis Facultatis
Medica Doming Pecanus et Senior
Dn. D. JOH. ALBERTUS VERBIUS,
memor Dominos Candidatos et Studiosos
Medicina hætenus aliquoties cadavera
ad ultimam supplicium tractata in usum
Anatomicum petentes, nihil impetrasse,
Ipse suo nomine condemnati ad mortem
cadaver pro adornanda Anatomia
publica, ab Inclyto huius Reipublicæ

8

Magistratu petiit, idq. agulgente cappri-
mis Amplissimj atq. Præsentissimi Tri-
consulis Regentis Dominici Vinkinsij p.
Singulari gratiã facile impetrauit. Die
8. primæ Mens. febr. affixã ad valvas et
Eadem Schedã invitatoriã factã ad
omniationis Anatomica initium, ac
veniceps insequentibz diebus, omnes
ae Singula Corporis partes, tum in Sit-
tum cunctello Separatã extra sitam Do-
minorum Spectatorum et Auditorum ocu-
lis in theatro Anatomico subiecta, et de-
cem Dissertationibus publicis à supra
nominato Do. D. JOH. ABERTO DE
Bliv illustrata fuerunt. Laborum
Anatomicorum finis factus d. 14 febr.

In hoc subiecto lætoso et non nisi me,
dicooriter pingui stude structura mupa,
lorum commodius demonstrari potuit
Singularia annotata sunt sequen-
tia.

1. Musculos Abdominis Pyramidales
dictos, habuit plerios.
2. Musculum Pyramidalem, basa
Spermatica p. in dextro latere
majoris quam in sinistro.
3. Ad Lienem alias satis bene se ha-
bentem prominens duo globuli
praeter naturam, alter majoris alter
minoris avellanae magnitudine,
qui dissecti referebant substan-
tiam Parenchymati Lienis plane
assimilem.

Curiosiori scrutinio deprehensum s.
fallere et falli Do. Thomam Warthonu
Anglum, quando Adenographia

c. 30. *Urtion. Londinens. p. 209.*
inter Paradoxa de Triphlei semine, quorum
unum in Testiculis, alterum in Vesiculis
Seminariis, tertium in prostatico genere,
statuit, Non, ut communis fuit opinio,
Semen elaboratum in Testiculis extra-
ritum ad vesiculas seminarias dictas trans-
mitti, ibique conservari, Vesiculas Semina-
rias dictas à Testiculis per vasa defe-
rentia quicquam exire, nequaquam
concedendum esse: etenim vasa illa defe-
rentia nullo cum his communi ductu gra-
dere: ut habent propriis scriptis verba.
Deprehensum, inquam, ipsum fallere et
falli. Nam vase ejaculatorio utrimque ad
longitudinem unius digiti à Vesiculis dis-
secto, aptatoque tubulo, acto in ipsam
Vas ejaculatorium versus vesiculas spi-
ritu, iucundo spectaculo vidimus intra
mensuram omnes vesiculas, in eoque vici-
culo in vase ejaculatorio. Spiritu huius-
modi demum accedentibus exhibui-
mus.

c. Ductus Viridunyanus Pancreatis
vixit totus detectus. In eo iterum no-
tatum, illum tam firmos non habere
parietes, ut quidam iactant. Eius
insertio in Intestinum Duodenum
clare patuit.

3. Diligentius inquisitam an in Homi-
nis qui erectus incedit, Vena cava
quæ hinc in cor, se des habeat, ut
designat Richardus Lowerus Anglus

de Cordis Situ et Structura cap. i. Edition.
 Londinens. p. 49. Notatumque sagacissimum
 Structura Schratatorem verum dicitur. Sc.
 ante hinc Auricula dextra, nempe
 eo loci ubi pars Vena cava qua supra
 Cor, cum ea qua est infra Cor con-
 greditur, Tuberculum quoddam elatum
 et notata valde dignum occurrere.
 Hoc enim supra et infra apertam Venam
 manifeste se conspiciendum nobis ex-
 hibuit.

4. Ossicula Carpi ita tractata, ut in
 proprio situ manerent: quod in nullo uspi-
 am Scaletto observatum vidj.

His peractis

Ossa mundata et exspecta ulterius in
 here libero preparanda, ut skeleton
 inde gestuam asservantur.

Ungues et Squamae in usus Medicos.
 Cutis itidem preparata in eandem fi-
 nem.

Aspera arteria cum Larynge ex-
 emptae quoque asservantur.

XIV.

Anno eodem
 d. i. Martij.

A supremis dei venatoria Dn. Praefectis
 in usum anatomicum nobis fuit concessa
 Vulpes foeta. In examine illius viscerum,
 notatum, cum canis visceribus magnam ha-
 bere analogiam. Intestina etiam tenuia
 esse esse solent, et appellari esse solidi-
 uscula et satis firma, imo tenuium et cras-
 sorum intestinorum nullum esse differimen-
 nisi quod terminum caecum sc. gestitum.
 Praecipua a. diligentius fuit examinata
 matix, qua in cornibus ginebat quing

foetus. Moles cellularum erat ad magnitudinem Nucis Juglandis: foetus autem sine secundinis phaseoli magnitudinem non excedebat. Singuli distincte tamen sam con-
spiciebantur. Oculi, pedes, digitus, cauda, et
sa umbilicalia, p. ossa mandata pro
sceleto gestuando asservantur.

XV

Idem eodem die. Martij
Fidem Supremi rei Venatoria. In. Prae-
fecti geesserunt nobis Lupam: Illa quam-
vis vasta satis esset magnitudinis, notata
tamen, examinata matrice et genitali, illam
impregnatam nunquam fuisse. Acto in
Cornu uteri versus testiculum Spiritu,
Quetus qui ortum habet ab extremitate Cornu
et ambis seu amplectitur testiculum, in-
tumidus, et per foramen naturale seu vi-
mam ^{membram} (magnitudo hae erat -) erupit aer.
Aliter v. locato Testiculo connivente et
ma, denuo adacto Spiritu, Aer exitum
non inveniens Vesiculam ad phaseoli ma-
gnitudinem excitavit. Quoad viscera ob-
servata. Genuere admodum cum Canis
Visceribus. Ossa preparantur ut inde
gestuatur skeleton. Asservatur quoque
eiusdem aspera Arteria

XVI.

Roma Maria Drusobedim hanc Drusobedim
 ante biennium et quod excurrit ob praternatura-
 lem ventris imi aqualem tumorem quotidie in-
 crescentem ad vicium quarendum inlibilis, accepta
 in Nosodochium maius tandem fato suo perita est.
 Ipsa stupendam ventris molem, quamvis agrie, ad
 hanc circumferens, non semel, cum videntes eam
 in admirationem raperentur, professa est, se
 non agrie ferre, si Medici post mortem corpus
 suum imo examinaturj. In corpore Superi
 ora omnia erant exseruata. Ventris moles
 erat inxa: Inferiores ~~autem~~ artus nec exten-
 sari nec tumefacti. Ventrem elatum aquas
 glineas, fluctuatio faciebat sedem. Non au-
 tem in ordinaria cavitate ventris aquas glineas
 si coniectura erat (qua etiam minime fessilis)
 quoriam tumor aquosus in pedibus nullus.
 Quoniam igitur interiora examinaturis gultur
 visum, aquas omnium primo exhaurire, adacto
 in Dextro latere è Regione umbilici, cultello ip-
 samentum factum, ex quo mox aqua foetentes im-
 petuose eruperunt, paulo post v. velut amurea
 est secata, ita ut ut corruptorum viscerum
 speciem adstantibus praberet, tantam copiam
 ut urceus vix eam caperet. Reserato v. ven-
 tre apparuit omnem aquarum et amurea molem
 stentam fuisse intra praternaturalis abiciuas
 densi admodum et firmi, imo hinc inde quasi
 cartilagineosi, gubundi, modicum ad minima
^{Receptaculi} aquantis edpacitatem. Adstantiam conie-
 ctura erat, hanc ipsam forte expansam esse

uteri substantiam. Veram remotis Intestinis,
qua supra notata saburam ubi pote singulari fir-
mo receptaculo inclusa, nullatenus erant conta-
minata, sagaciori scrutinio deprehensum,
ipsum uterum notati praternaturalis Recepta-
culi posteriori parieti fuisse, qd. immersum
est implantatum. Ipsa substantia uteri et
forma et cavitas distinctissime fuerit demon-
strata, ita tamen immersa parieti posteriori
notati Receptaculi, ut nulla diligentia posset
invenire. Tubas Fallopianas dictas, utero con-
tinuatas et qua his naturaliter annexae.
Innem admirationem superabis, quod cervix
uteri propria aequavit longitudine ipsum
collum uterinum seu vaginam, ita ab scindas
uteri ad longitudinem dimidia ultra Argenti-
nensis distans a vulva. Ephemeris cervicis
dicta in vaginam porrecta naturali multum
dissimilis. Canalis seu cavitas illius ^{cervicis} solum
mediocrem admissit. Receptaculum illud p. d.
Quid contineret ante corruptionem unde abue-
ca constituta, difficile est iudicare; difficilius
an ab ortu huiusmodi praternaturalis
formationis ortu, an v. ex membranis u-
teri productum esset illud idem sapius no-
tatum praternaturale illud Receptaculum. Et
autem hepate et ventriculo, quantum fieri
potuit, in superiora actis, intestinis de-
pressis, superius annexum Intestino colo

11

sub ventriculo; ad umbilicum Peritonaeo.
 Interior capacitas variis monstrabat sinus
 quos profudisse manam facile erat percipere.
 quoddam etiam adhuc quinebat integros ab-
 secessus cysticos velut gelatinam continen-
 tes. varia hinc inde adhaerebant Hydabides
 varia magnitudinis. Jervis dexteri Substa-
 parenchymatica magnam partem erat con-
 sumpta, membranosa interior structura san-
 to evidentior. Omnia denique luxuriantibus
 membranis variis p. N. habebant negus.
 Pectus exigua erat capacitas. Pulmones
 plura undique nervosis nequibus adfirmati.
 Cor nullum vitium monstrabat.

XXII.

~~_____~~ Anno 1680. d. 2. April.

Decollatum corpus mulieris, cum illud hoc
 tempore diu servari posse spes non esset,
 mihiis ambagibus in gratiam Dominum
 Studiosorum Medicinae, cultro Anatomico
 fuit examinatum. Praeter caetera, circa
 Mulieria fuit demonstratum, quam facile
 Vesiculae et Testiculis Mulieribus, quos
 quidam et recentioribus pro Ovariis ha-
 bent, tam crudis quam coctis, ~~fuit~~
 examantur: Et quod omnino Tuba Fallo-
 piana in sua Ephemitate aperta sint
 et videantur solum clausa, quia concu-
 pit ephemitas. Et hoc quidem clare
 patuit, acto per tubulum cystem aere
 ex medio tubarum versus ephemitatem

et per eam. Musculos Pyramidales hoc
Subiectum non habuit, sed Rectos pleniores.
Rectus admodum depressum habuit; quae pro-
babiliter causa fuit, quare pulmones in am-
bitu pectoris pleura q. agglutinatos habuit,
et hepatis partem gibbam diaphragmati
p. A. adnatam. Uterum inasitum habuit,
et magnitudinis et in interiore superficie
valde imparum, procul Subio, quia non
ita peridem, ut tegeret faciem, statim
post partum fugam sibi gaudens, non se-
gessit ut puerperam decebat.

XVIII

Anno 1685

Monstruosi Vituli, quem Vacca quaedam
non longe à territorio Argentinensi
Anno 1685 mense februario enixa est,
cum Argentorati per is dies Curioso,
tum expositus, deinde cultro Anatomico
in Theatro Anatomico, examinatus fuit,
habetis est praeternaturalis notata Con-
formatio.

Spina dorsi primam frontem et radiem sen-
su, rectam, sicut in alijs Vitulis videba-
tur excurrere: accuratior tamen tactu

12

flexuosam eam esse, facile fuit deprehensum
ita quidem, ut quoniam exhereditas illius, ubi
cauda insertum habet, non occupabat locum
mediam, illa propterea inter femora de-
pendere possit, sed ad latus quadantenus
adpressum cauda principium Sphincterem
intestini recti, minime tegeret. Flexuo-
sitate illam spina, omnes qui aderant,
cum strangulati vituli viscera medi
& infimi Ventris ad examen adducen-
tur, praeter caetera de quibus mox sunt
admirati: eademq; clarius oculis subijcietur,
cum aptatis in pristinum locum ossibus,
sceletos inde constructus erit accessio
reliquorum qua theatrum Anatomicum
exornant. Ex tortuosa spina post
Scapulas emergebat quintus pes
plene conformatus, unguam etiam per-
fectam praeditus, quoad magnitudinem
tamen caeteris longe minor. Hic replen-
tas dorso instar sarcinae incumbebat
ad extensionem plane ineptus. Circa
finem spinae, in dorso, eminebat tuber-
culum quoddam cute et pilis tectum,
ad magnitudinem nucis juglandis, de quo
variorum varia erant Coniecturae,
antequam detracta pelle, oculus faceret
fidem, steatoma sub illa latuisse. In
examine Viscerum sequentia plane

monstruosa fuerit observata. In sinistro
latere caruit rene. In dextro latere
gemini aderant in quorum conformatione
nil desiderare posses: alter quidem in
sua naturali, alter vero infra istam tot.
tuoza spina adiacens. E regione
superioris renis, ubi mala conformatio
spinae cavitationem paulo amplius effecit, in
hanc ipsam moles quaedam carnea renum
substantia nullatenus assimilata, merasque fibras
musculosas referens, demersa fuit, ad
quam ex ipso hunc vena cava & arteria
ante excurrebant duo vasa spiritalia,
nam longa, propterea flexuosa, cras-
sities culmi triticej. Ubi inferebantur haec
vasa, massa illa carnea continebat quae
in simi duo folliculum ex firma satis
membrana formatam continentem laxissimum
quendam liquorem, nec non portumculas
substantiae osseae nullam singularem confor-
mationem adeptae, adeo ut ex hac massa
luxuriantis in opere generationis mor-
talis videatur indicium.

Examinatis quae praeter naturam erant,
quatuor animalis dominantis ventri-
culi fuerit diligentius demonstrati.

Anno 1682.

Mense Februarii fuit adornata demonstratio omnium et singularium corporis partium in Gallo cuiusdam suspensi cadavere. In quo omnia secundum naturam se habebant.

Anno 1682. d. 14. Decembris.

In foetu recens edito est unã cum secundum aëris abiectio, fuerunt demonstrata vasa umbilicalia in Placenta uterina, in Intestina, lo seu chorda, et in ipso corpore. Dissectio enim etiam partium plurimarum in foetu a partibus adultorum fuit ante oculos positum. Denique experimento fuit ostensum, quam expedita via pateat in foetu ab Epato ad cor. Inserito n. tubulo in venam Umbilicalem, actus Spiritu versus Cor, illico cor intumuit evidentiissime. Videri etiam fuit amelatam quam nulla vestigia exspulationum vasorum appareant, in superficie placenta uterina, quæ nexa fuit utero.

Anno 1683. d. 10. Februar.

Obstetrix ordinaria in D. H. Etigheim enixa est gemellas pectore et abdomine connexas adeoque partibus his et facie se respicientes et applicatione brachiorum se quasi in amplexu tenentes, ita ut unus esset corporis truncus, artus vero tum superiores tum inferiores quatuor. Quorum corporum distinctissimi, Spina duplex pelvis duplex. Truncum notatum dividebat unicum diaphragma in Thoracem et abdomen. Abdomini inserebatur unica chorda

ACTA
THEATRI
ANATOMICI
VNIVERSITATIS
ARGENTORATENSIS

D. JO. VALENTINO SCHEID
ANATOMES PROFESSORE.

ACTA

THEATRUM

ANATOMICI

UNIVERSITATIS

ARGENTORATENSIS

D. JO. WALTHERUS

ANATOMIE PROFESSOR

E. O.

LECTORI Benevolis

Salutem et incolumitatem
precor

IO. VALENTINVS SCHEID.
B. et P. P.

Cum die VIII. mensis Februarii A.C. 1635 LXXXV.
e vivis migrasset Nobilissimus atq; Excellentissi-
mus D. D. IO. ALBERTVS SEBIZIVS, Anato-
micæ atq; Botanicæ Professor per annos fere tri-
ginta tres celeberrimus, atq; meritissimus, cuius
auctoritate et gratia, quæ in Republica polle-
bat, potissimum permoti Amplissimi DNI.

ACADEMIE REIP. THEATRVM ANATOMI-

CVM extruxerant, atq; in ejus vicem ego post
varias consultationes d. XX. ejusdem mensis

ANATOMES Professor in Conventu solenni ele-
ctus, et subsequenti XXIII. pronunciatus fuissem,

nihil magis mihi commendatum duxi, quam, ut
et loci opportunitate et privilegio, quæ corpora in

HOSPICIO defuncta VNIVERSITATI cede-
rent, quam maxime, citissimeq; quoad fieri pos-

set, uterer, quæ quæ hactenus rariora fuerant,
exercitia Anatomica ad ipsius Universitatis no-

stræ famam augendam, et studiosæ juventutis
promovendum commodum, reiq; Medicæ emolu-

mentum redderentur quam frequentissima.
Hinc multum confusus isti, quæ mihi cum

Medico Nosocomii majoris Experientissimo D. D.
Jo. Oertel à teneris intercedebar, familiaritati
non exiguum mihi anatomicae rei incrementum illi-
co pollicebar. Obstare quidem mihi videbatur mea
adhuc in anatomica scientia mediocritas, et ob admiri-
strationum anatomicarum apud nos penuriam nimis
in dissecandis cadaveribus experta dexteritas: in pri-
mis quod recentiorum attineret inventa, et instrumento-
rum, quibus nunc opus habemus, ^{deficientem} necessarium appara-
tum. Etenim ista, nec heic, dum Audis incumbebam, ob-
servari licuerat, nec in exteris ea, qua speraveram, felici-
tate videram. Unde, sicut in ipsa professionis anatomi-
cae oratione inaugurali praefatus fueram, cum post
divinum auxilium, et qualiacumque privatim subinde tenta-
ta Anatomies rudimenta, quicquid habere poteram fiducia
in illata oculorum acie, manuum constantia, ceterisque
corporis juvenilis viribus, laborum repetitioni crebriori ut-
cumque suffecturis, collocassem, quandoquidem annum aetatis XXXIV.
agebam, operi me alacrius accinxi, quicquid possem, experimen-
tis anatomicis impensurus. Ita quidem effeci, ut post unius
atque alterius anni decursum aliquod nobis rei anatomicae vide-
retur accessisse incrementum, in primis, cum et, Illustris DNI
PRAEtoris REGII Consilio, atque jussu, medicae rei in nosocomio,
post discessum supra laudati Amici mei, proficerer, quae quidem
prima, et praecipua istorum exercitiorum in anatomicis, atque obser-
vationum, quae sequuntur, occasio fuit, et causa. Ita cum eorum, quae
praecesserunt, dum Ampl. D. D. Sebizio professione anatomica fun-
gebatur, annotationem Nob. atque Exc. D. D. MARCI MAPPI, nunc
Pathologiae atque Botanicæ Professoris Celeberrimi, diligentia debe-
amus, exemplo mihi quam maxime imitandis ratus, acta theatri
nostri novis subinde accessionibus augenda, omnino congruum putavi.
Hinc ea, quae sequuntur, prout observata in exercitiis fuerunt, in char-
tam conjecta dantur, citra scholia, quae in ea formari possent, et quidem
ita, ut plerumque non nisi quae rariora reperta sint, notentur, in primis,
quae Medicis praeter naturam dicuntur. Quod enim ea attinet, quae
Secundum naturam appellari solent, illa non fere, nisi quae recentis-
simis inventa sunt, ubi apud nos primum observata et demonstrata
fuerunt, enarrantur. Haec sunt, de quibus, qui nobis aliquando erit
Lector benevolus, certior faciendus existimatus est. Vale, quisquis
es, et nostros hosce labores aequi bonique consule.

16
A.C. clb lbc Lxxxv.

Mensis Martii

d. 12.

N. I.

Primum exercitium Anatomicum in theatro nostro mihi, recens electo anatomes professori, assistente conjunctissimo amico D.D. Oertel. Nosp. comii majoris Medico tunc ordinario, et nonnullis Medicinae Studiofis, dedit

Joemina caelebs, juvenilis aetatis, angina spuria in nosocomio extincta, in qua, postquam per unum alterumve diem ejus dissectioni intenti eramus, notata fuerunt praeter partes secundum naturam sese habentes, ac caetera sanas:

Vrachus arteria sinistrae umbilicali adnatus.

Bronchia pulmonum mucos et viscida pituita referta.

Polypus in dextro cordis sinu unus, in sinistra dus.

Vasa venosa cerebri meningem tenuem perreptantia sanguine admodum turgida.

A. C. clj lxx LXXXV.

Mense Octobr.

II.

Pro experiendis effectu veneni, vulpi carnes
nucis vomicae pulvere conspersae devoran-
das exhibitae fuerunt. Expiravit ea in-
tra minuti unius alteriusve spatium
motibus quibusdam convulsivis correpta.
Qua de causa, cum viva adhuc adaperiri
nequiverit

In mortuae ventriculo nihil aliud deprehen-
dimus, quod praeter naturam esset, quam
maculas velut quasdam, et puncta rubicun-
da, quae exesivis alicujus apparuerunt quod-
dam quasi rudimentum.

Ceterum sanguis neq₃ in cordis sinibus, neq₃ ullibi
concretus observatus fuit.

17
A. C. cl^o l^o c^o LXXXVI.

Mensis Ianuar.

d. 16.

III.

Cum miles ob stuprum violentum suspensus fuisset, eius corpus optime sanum hac aevi aetate, Anatomicis exercitiis aptissima pro sectione publica petimus, ac facile quoque impetrasimus. Ita vero hanc sectionem publicam instituimus, ut certa diei hora, nempe nona matutina, valvis theatri nostri cuilibet literatorum patentibus, brevem partium corporis humani, earumque usus descriptionem atque enarrationem publica voce delineaverimus. Solemnem enim, ut vocant, Anatomem tum temporis, vel ea ex ratione instituire nequivimus, quod omni prope in dissecando auxiliis destituti, preparationem, ut appellant, omnem adornare cogebamur. Nulli siquidem tunc ex Medicinae Studiis erant, ob rariora haec in nostra Universitate exercitia, qui suppetias ferre poterant. Qua de causa ne quidem Scheda, Collegis Academicis affixa significata fuit haec ipsa sectio, sed tantum Studiis Medicinis, ut libere, quos vellent, secum adducerent, Spectatores atque Auditores hora praescripta, permissum est. Hinc ea fuit sectionis hujus administratio, demonstratioque.

A.C. clb lbc LXXXVI.

Mens. Januar.

- Præparavimus nimirum primo cum communibus dictis integumentis musculos abdominis mensis d. 17. eaq³ deinceps
- d. 18. post præmissam ex veteri more osteologiam et divisionem corporis in regiones et summas partes vocatas demonstravimus, habito quoq³ brevi discursu de musculis in genere, eorumq³ actione.
- d. 19. Demonstravimus partes in abdomine contentas e corpore extractas, omentum, ventriculum, et intestina, item pancreas, hepar et lienem. Tunc enim nondum partes, sicut postea in usum deduximus, et in situ, et extra situm ostendere licebat. Sed contentos esse oportebat nosmet pariter et Spectatores, eas ostendisse, et videre, prout majoribus, et antecessoribus nostris usitatum fuit: additis tantum, quantum potuimus, recentiorum inventis, ante nostra tempora in theatro nostro raro visis, et rarius auditis.
- d. 21. Partes urinæ secretioni atq³ ejectioni dicatae una cum iis, quæ in sexu virili generationi inserviunt, prout præparatae in assere explicari solent, ostensas fuerunt. Sic et eadem lectione cor quoq³ et pulmones e corpore exempti demonstrati sunt.
- Eodem die à meridie cerebrum solis medicinae Studij presentibus privatim dissectum fuit, atq³ ita huic exercitio Anatomico finis impositus, amplexu voto ulterioris Anatomies in nostra quoq³ Universitate incrementi.

18
A. C. cl̄ l̄oc̄ LXXXVI.

Mens. April.

d. 29.

IV.

Unum adhuc deerat, quod frequentiora nobis red-
deret exercitia Anatomica, nempe ut et cura
Nosocomii Anatomico commendaretur. Unde, cum
Iuvenis, per diuturnum temporis spatium dyspnoea
laborans, et non nisi admodum submissa voce
loqui valens, dubium morbum reddidisset, tan-
dem fati concedens, sese peripneumonicum pro-
fessus est; ita quidem, ut pulmones in dextro late-
re scirrhus obsessi, jam fossulis à pure exesis excava-
ti hinc inde essent, mucus lento et viscidis partes voca-
les occupante, cæteroque sanas. Quales et infimi
ventris partes omnes inventæ fuerunt.

Mens. Maji

d. 27.

V.

Fœmina annorum circiter XXV. febre acuta laborans,
nec satis mentis ex morbo compos, pertinacissima
alvi constipatione detenta nullis medicamentis
d̄v̄s xj̄ x̄al̄es immixtis solutam alvum obtinere
poterat, nisi, quod quandoq; injectus clyster emolliens,
acrioribus, sed leniter, admixtis, unum vel alterum
globulum induratarum faciem elicuit; mortua ostendit
Intestina crassa, colon, et rectum, fere tota quanta Cro-
nors exiccatis ita repleta, ut contacta lapidis ferme spe-
ciem ob duritiam exhiberent.
Uterus quoq; ades exiguus mole, qui vix puellæ annos XII. na-
tæ æquasset matricem, non minorem sui peperit admi-
rationem.
in Corde nullus observatus est polypus, aut sanguis concretus,
sed ultra solitum fluxilis.

A. C. c l o l o c LXXXVI.

Mens. Jun.

d. 1.

VI.

Miles quidam Gallus in pomerio portae urbis, quae nosocomis proxima est, d. 30. mens. Maji fulmine tactus, et illico extinctus, cadavere hinc inde sugillatis defoedato, vim fulminis declaravit haud minus, quam quatuor vulneribus, duobus scilicet in collo, et uno in utroque pede extremis.

Colli quidem postica pars in musculus splenis duplici vulnere laesa erat, vulneribus ad articuli digiti longitudinem penetrantibus: inter quod duplex vulnus, quod unciam nonnihil longitudine excedebat, sugillatum rotunda fere specie conspiciebatur, quod una cum duobus modo recensitis vulneribus exacte tribus foraminibus, quibus pileus, quem adhuc theatrum nostrum serrat, pertusus erat, respondebat. Inde pergebat latitudine duorum digitorum per medium dorsum usque ad nates decurrens ea X^u p^u r^u g^u a, ita tamen, ut etiam anterieus dextrum latus versus femur, et pudendum hinc inde sugillatis livida essent, velut duro quodam ac solido instrumento percussa. Exusti quoque observabantur, quibus pectus obstitum fuerat, pili, ut et qui pubem solent tegere, et qui pedibus familiares sunt.

Demum ipsi pedes hinc inde quoque percussi conspicebantur, donec in dextro quidem calce, in sinistro vero ea metapedii pars, quam nonnulli monticulum, nostrates pilam appellare solent, transversis ambae vulneribus vix cutem penetrantibus velut disrupta apparebant. Unde fabulae, quae in vulgus percrebuit, locus datus, fulmen in collo corpus subisse, illudque ingressum penetrasse univ^{er}sum, ac demum per pedes extremos rursus egressum fuisse.

19
A. C. clcIbcLXXXVI.

Mens. Jun.

J. 15.

VII.

Vidua quaedam aetate ultra quinquaginta annos protracta postquam per totam, quantum ipsa narravit, fere vitam, diuturna cephalaea, quam clavum appellant, circa suturam coronalis cum sagittali cranium laboravit, neq; omnino praesentis animi semper fuit, demum apoplexia tacta intra tertium diem expiravit, nulla vel voce, vel gemitu edito.

Caput apertum ostendit vasa meninges perreptantia sanguine admodum turgida. Cerebrum flaccidum, cujus quaedam duplicata membrana medium distinguit, falx appellata haud procul ab osse cribriformi, cui adnata esse solet, ossiculum intra duplicaturam continere observata fuit; sed et aliud, longa tamen minus mole, quae instar cruris ei in dextro latere jungitur, membrana, cerebrum a cerebello dividens, annexum habebat.

Ambo ista ossicula, quae adhuc una cum membranis quibus intertexta sunt, servamus duritiam fere lapidis obtinent; unde pro calculis in cerebro enatis, quorum historiae quandoq; meminerunt, venditare potuissemus; nisi accuratum deinceps examen ossa ista demonstrasset. Praeterea ventriculi cerebri omnes grumis sanguinis concreti repleti erant, imo et grumus sanguinis inter meninges mediacris pollicis magnitudine spinalis medullae principis incubuisse, repertus est.

Cor polypus ostendit, in dextro sinu duos, in sinistro unum.

A. C. cIo Ibc LXXXVI.

Mens. Jun.

Ventriculus cibus vacuus, uti et intestina, siquidem intra triduum non comederat; flatu tamen turgidula erant.

Heepar et lien sani, nisi quod hic justo durior erat.

Vterus quoq; examinatus peculiare quid ostendit, nempe ultra XIV. vesiculas in dextro teste ad insignem molem distentas, quarum maxima fere ovi columbini amplitudinem aequabat.

Mens. Julii

d. 5.

VIII.

Gallus quidam natione per plures annos maniacus ceteroqui sanus, absq; manifesta causa male habere coepit, unde, licet alias satis vorax esset, cibum pro prandis dari solitum aspernatus intra horae spatium satis concessit, cum progressa die nulla, ne minima quidem, quantum constat, mortis adeo propinqua observarentur indicia.

Apertum ejus cranium, cerebrum admodum flaccidum, multoq; sero flavo, veluti bile aut sanguine tincto monstravit, vasa sanguine inanita, ventriculos eodem sero abundantes.

In Corde nullus observatus polypus, sanguis potius solito serosior.

A.C. clv lvc LXXXVI.

Mens. Julii

d. 17.

IX.

Lotharingus quidam, aetate juvenis, tussi non admodum
vehementi longo tempore divexatus, neq; sputo pu-
rulentio copiosiore phthificum sese professus dys-
pnoea tamen, et febre lenta detentus, cum tandem
absq; praevis tam brevi imminentis mortis indi-
ciiis obiisset, repertus fuit

Empyicus quoad dextrum latus, quod fluidis pure, neq;
admodum foetidis fere totum quantum repletum e-
rat, ita, ut pro detegenda dextra pulmonum parte
cochlearibus exhauriri, necessum esset. Ambo

Pulmonum lobi putrilagine consumpti velut in semet-
ipsum ~~in~~ dicta dextra thoracis cavitate consede-
rant, ita quidem, ut antequam pus exhaustum
esset, vix ea parte pulmonum quid superesse, quis-
piam credidisset. Salvis interea et incolumibus
pulmonis in adverso latere lobis, ipsaq; thoracis
cavitate.

Cor quoq; ut solet plerumq; polypis obsessum
erat.

A. C. clō Iōc LXXXVI.

Mens. Jul.

d. 24.

X.

Andreas quidam nomine, ex pago Wittenweyer oriundus, juvenilis ætatis, per plures annos bajulando Nofocomis inserviens, quadrato corporis habitu, tandem lignis deportandis occupatus cum nimium onus sustinuisset, dolorem subitaneum cum omnimoda urinae suppressione in infimo ventre circa lumen sensit, ita quidem, ut lecto affixus esse cogeretur. Prævia conveniente purgatione, cum alio admodum difficili erat, præparato vinum juniperinum propinatum fuit, cum pedibus tumore oedematoso, et abdomine distentis alia diuretica nihil efficerent. Solutis inde viis urinaris ischuria in urinae incontinentiam transiit, qua et abdominis et pedum tumor intra paucos dies cessit, remanente adhuc aliquali, quæ ab initio statim aderat, spirandi difficultate. Sed marasmo tandem, durante isto urinae continuis stillicidiis corpus consumi coepit, quo per aliquot hebdomadas ipse æger extenuatus expiravit, superante adhuc aliquali ventris tumore

Apertum abdomen ea, qua potuit fieri, dexteritate ne peritoneum læderetur, musculos ex parte corruptos et migrantes ostendit, et modice effluentibus aquis peritoneum distentum: quo etiam aperto, inventæ fuerunt aquæ ex rupto vesicæ fundo intra duplicaturam peritonei stagnasse, et veluti cumculos fecisse. Ipsa quoque vesica ultra modum distenta erat, ita, ut amplitudine fere caput æquaret.

21
A. C. clō Iōc LXXXVI.

Mens. August.

d. 24.

XI.

Vir quidam ex Ducatu Württembergensi oriundus, cum
Steatomatis insigni tumore, sinistrum genu occupan-
te, diu laborasset, et femur sibi truncari à Chirur-
go sollicitasset; idq; prævia purgatione satis feli-
citer, quantum videbatur, insolita propterea laboran-
tis constantia atq; patientia peractum fuisse, æ-
re, ut in diebus canicularibus solet, exarsuante
quidem, sed ferens valde; nulla ratione, quibusvis
remediis adhibitis, febre etiam superveniente, va-
cuantibus, et alterantibus sopita, nullis præter sitim
Symptomate remanente, sanationem obtinere potuit:
donec tandem post aliquot hebdomadas forte for-
tuna noctu hora III. matutina, inscius ipse, qua de
causa è lecto cadens ingenti hæmorrhagia è femo-
re truncato corripereetur; unde et circa XI. ante-
meridianam velut lipothymia prehenfus expiravit.
In abdomine atq; thorace apertis copiosum intra cavi-
tatem utrobq; contentum serum observatum fuit,
eo, quod pectus occupaverat, jam putrilaginem ad-
epto; vasis cordi vicinis fere propterea exinamitis.
Qua de causa tam placide mortuus gratulati fu-
mus, quando procul dubio, si hæmorrhagia ista
non accidisset, et empyemate simul, et hydrope
obrutus fuisset; quod sibi ex nimia aquæ tum sim-
plicis, tum Julepi ingurgitatione, flagrante arsti-
vo calore, et assiduo decubitu conciliavit.

A.C. clō Iōc LXXXVI.

Mens. Novembr.

d. 8.

XII.

Miles quidam, natione Gallus, consistentis ætatis, mediocri corporis habitus, postquam lethargo laborasset, quo detentus integros dies noctesq; somno transegerat, eoque, quantum videbatur, integre convalesceret, nisi quod de lassitudine adhuc quadam conquereretur, post aliquot hebdomadas ex nimia voracitate diarrhoeam passus est, qua transeunte in henteriam atq; dysenteriam, frustra adhibitis quibusvis adstringentibus, etiam narcoticis, demum succubuit.

Apertum abdomen multo sero, et copiosa bile tincto fetere observatum fuit:

Omentum consumptum;

Hepar scirrhus quoad convexam sui partem durum, et veluti situ obsessum; folliculus fellis insignis magnitudinis, totus quantus bile repletus atq; distentus, ita quidem, ut non tantum proxime adiacens coli pars, sed et pylorus, cum aliqua ventriculi, duodeniq; portione intense flavescerent:

Lien satis magnus, et lividus.

Intestina cæteroqui quoad externam sui faciem sana conspiciebantur, sed ad aperta; crassa quidem materia pulsi simili referta, interioribus velut exulcerata observata fuerunt, parietibus lividis, vasculis velut in oculi bulbo ophthalmia laborantis contingere solet, minimis rubentibus et conspiciuis, glandulis admodum conspiciuis, tumidis et duriusculis.

Tenuia vero intestina paulo moderatius sese habebant, interioribus tamen livida.

Mens. Novembr.

Cor dis dexter sinus apertus, tenui sanguine licet abundans, duos tamen polypos ostendit non admodum magnos, et aliquot concreti sanguinis grumos; sinister unicum, eumq³ admodum exiguum concreto adipi similem, cætera ne guttulam quidem sanguinis continens. Mucro cordis flaccidus, membrana à carne velut relictoris separata.

Pulmones hinc inde plevræ adnati, toti quanti pituita crassi infarcti inventi fuerunt.

Mens. Decembr.

d. 2.

XIII.

Vidua quædam ætatis ultra L. annos provecæta de pluribus scorbuticis Symptomatibus conquesta tandem catarrhs suffocativo extincta, demonstravit

Ventriculum vacuum, intestina flatu turgida, omentum dextra sui parte consumptum; hepar non scirrhosum, potius flaccidum, folliculum felleum non admodum bile refertum.

Lienem exiguum observavimus quoq³ minime scirrhosum, sed peritonæo tenacissime adnatum, ut etiam, nisi laceratus, separari non potuerit. Sic et hepar magis, quam solet, diaphragmati adhæserat.

Pulmones toti quanti plevræ et mediastini cærebant, viscido mucis obsessi, qui inter eos et membranas hæud secus ac gluten, quo connecterentur, continebatur.

Cor quoq³ dextra parte pericardis adhæserat. Polypus in vena cava ante ingressum in cor: in corde ipsi ejusq³ vasis copiosus sanguis concretus; in sinistro sinu velut polypi rudimentum in grumo sanguinis concrevens observatum fuit.

A. C. cld Isc LXXXVII.

Prefatio.

Cum superiore anno precipue ob rei Medicæ in Nosocomio administrationem jam voti nostri nos competes aliquando futuros fore, spes affulsisset egregia, seris quoque cogitare coepimus, ut etiam solemni, uti apud nos vocatur, sectione theatrum nostrum literatis omnibus pateret, eaque à nobis quoque velut imbueretur. Id dum animo voluimus, et mense Ianuarii, summo fervente gelu, unum atque alterum exercitium anatomicum in gratiam Studiosorum medicinae adornamus, accidit, ut centurionis cuiusdam famulus d. XIX. mensis Ianuarii sibi ob furti flagitium fauces præsciderit. Is cum ita à semetipso vulneratus ad Nosocomium deduceretur, illic expiravit. Quare cum puerperæ cuiusdam hydrope defunctæ examine anatomico in theatro nostro occupati eramus, e vestigiis omnem movimus lapidem, ut ἀποτομήσας istius corpus nobis pro demonstratione solemni concederetur. Illud etiam tertio die postquam publice ceremoniis iustitiæ consecutus expositum fuisset, facile obtinuimus. Cæterum sub idem tempus Experientissimus D. D. Henricus de Provençal, Præsidi Regii Medicus meritissimus, Amicus noster singularis nobis commendaverat Juvenem Chirurgum, Joannem d' Aumergues, Linguadsciensem, ex urbe ad pontem S^{ti} Spiritus oriundum, secandi dexteritate egregie pollentem; qui nobis pro Sectoris vices obeundo operam pro solemni demonstratione necessariam præstaret. Quo etiam officio egregie

defunctus est, ita quidem, ut et ipse post Professore
 demonstraverit, atq; ea quoq; quae preparaverat, idi-
 omate Gallicans declaraverit: quod quidem ex Illu-
 stris **DNI PATRONIS REGII** gratiosissimis indul-
 tu ipsi concessum fuit. Ejus certe, seu Praecipui
 Universitatis Protectoris et Patroni singularis con-
 silio, natu, atq; auspiciis, quem et, ut typis publice
 exferberetur programma, quod haecenus in usu non
 fuerat, clementer probavit, potissimum tota, quae se-
 decim dies duravit, lectis, demonstratioq; ea solen-
 nitate stetit, atq; peracta fuit, qua nulla unquam
 in nostra Academia, quantum quidem à majoribus
 accepimus, celebrata fuit. Ita, ut eam merito **THE-**
ATRI nostri ENCENIA, ipsiusq; **ANATOMES**
 apud nos restituta **ELEVSINIA** nuncupare pos-
 simus. Quandoquidem non tantum totum corpus
 humanum quoad singula membra, paucissimis exce-
 ptis dissectum fuit, sed et ea, quae majorum nostro-
 rum aetas, imo adhuc nostra nondum apud nos vi-
 derat, ostensa sunt. Viscera quoq; omnia, ita demon-
 strata fuerunt, ut, preparatis in corpore violenta
 morte extincto, quod, ut ita loquamur, subjectum no-
 strum primarium fuit, tantum insertis vasi-
 rum, quibus inter se cohaerent, et in corpore in situ
 naturali conspici, et extracta ex aliis cadaveribus,
 ac prout preparata ostendi solent, insumptis praeter
 partes à brutis petitas, quatuor cadaveribus huma-
 nis, conspici potuerint. Quae quidem demonstrationis
 felicitas nec Antecessoribus nostris, quos unico corpore

A. C. clv Ibc LXXXVII.

Mens. Ianuar.

ipsis non citra insignem quandoq³ difficultatem con-
cesso contentos esse oportebat, nec eorum Spectatori-
bus, utut Spectaculi huius avidi fuerunt, unquam
contigerat. Adfuerunt quoq³ nobis Spectatores, Au-
ditoresq³ Universitatis nostrae. Exc^{mi} Dni Professo-
res pleriq³, Medici Civitatis omnes, et qui tum Uni-
versitatis itidem nostrae ad paucissem jam nume-
rum propter temporum injuriam redactae erant
Studiofi cujuscunq³ Facultatis, Anatomes non ubivis
obviae estimatores non sine laude nominandi. Atq³
haec quidem prima nostrae sectionis sollemnis est histo-
ria. Ea postea finita, cum Professor noster insigni-
secandi dexteritate sese pollere, istis praeparationi-
bus demonstrasset, Gratiouissima Facultatis permis-
su ipsi deinceps concessum fuit, ut Medicinae quoq³
Studiofos in laboratoris velut isto nostro, Theatro
Anatomies contigus, in quo alias praeparare sole-
mus, id rogantes privatim in iis, quae ad efficiendu
anatomicam spectant, instrueret, cum illud Pro-
fessori nimis onerosum futurum foret, ceteroquin nul-
la in studio hoc proficiendi praetermitteretur occa-
sio. Haec eam ob causam enarrare omnia volumus,
ut posteris nostris aliquando pateat, non solum quid
in Theatro nostro, dum curae nostrae commissum
erat, factum sit, sed et quae fuerint apud nos
ANATOMES INITIA, et per Dei gratiam auge-
scentis incrementa.


A.C. cIo Ioc LXXXVII.
Mens. Januar.
d. 3.





1850

1850

1850







Ms. 6